

Petri Iohannis Olivi, Lectura super Mattheum

(105^{ra})Capitulum sextum decimum et continet in se septem questiones.¹

Et dimissa turba. In hac parte occasione cuiusdam questionis Christo facte, Christus ostendit curiosa esse abicienda; sed distinctiones temporum secundum distincta opera Dei in populo suo esse subtiliter discernendas et examinandas. Et in hac primo ostenditur locus; secundo, Phariseorum accessus, et questio curiosa ibi, ***Et accesserunt***; tertio subditur Christi responsio ibi, ***At ille respondens***; quarto, eorum² a Christo derelictio ibi, ***Et relictis illis***; quinto, discipulorum super cavenda doctrina Phariseorum instructio ibi, ***Et cum venissent***, ubi etiam instruuntur super intelligendis virtutibus et operibus Christi. Dicit ergo,³ ***Et dimissa turba***, Chrysostomus: Sicut post miraculum quinque panum Dominus turbas dimisit, ita et nunc nec recedit pedes, sed navigio, ne turba eum sequatur. ***Et venit in fines Magedon***,⁴ Marci octo dicitur quod ***venit in partes Dalmanuta***. Sed dicit Augustinus quod idem locus per utrumque nomen significatur, unde et dicit quod plerique libri habent Magedii. Est autem Mageda secundum Rabanum regio circa Gerasam. ***Et accesserunt ad eum Saducei temptantes***,⁵ an scilicet posset facere signum quod querunt ***ut signum de celo***. Secundum Remigium, hoc est illud quod Iohannis sexto post miraculum de quinque

¹ MSS B/D/ omit et *continet...quesitiones*; MSC omits folios 105recto-106verso, first _ of column a.

² D/ *illorum*

³ B/ omits *dicit ergo*; D/ adds *dicitur*.

⁴ D/ *Magedan*

⁵ B/ *tentantes*

panibus refertur ubi dicunt Christo, *Quod ergo tu facis signum ut videamus et credamus tibi*, et ubi dicunt ei, quod⁶ Deus dedit patribus *panem de celo*, id est⁷ manna, et ideo dicit Remigius quod hic petunt a Christo signum de celo id est quod faciat ut uno die vel duobus pluat manna ut totus populus pascatur. Vel potest dici quod querunt aliquod signum sublime, utpote quod sol stet sicut tempore Iosue, aut quod retrocedat sicut fecit⁸ tempore Ezechie.⁹

At ille respondens, in hac responsione Christus, ex scientia et discretione eventuum temporalium, et corporalium seu exteriorum, arguit Phariseos de ignorantia eventuum et temporum spiritualium; secundo, exprobrat eos de curiosa signi petitione, negando¹⁰ quod querunt ibi, *Generatio mala*. Dicit, *ergo facto vespere*. Ieronimus dicit quod hoc apud Grecos in plerisque¹¹ codicibus non habetur. Et est sensus secundum¹² Ieronimum ex elementorum ordine et consonantia possunt¹³ prenosci dies sereni et pluviosi. Scribe autem et Pharisei, qui videntur legis esse doctores¹⁴ ex prophetarum vaticinio non possunt cognoscere salvatoris adventum. Vel sic secundum Chrysostomum, sicut in celo aliud est signum serenitatis aliud pluvie, ita et in me putare oportet. Nunc enim in primo adventu hiis signis que in terra¹⁵ sunt opus est, que

⁶ A/ *quia*

⁷ A/ *scilicet*

⁸ D/ omits *fecit*

⁹ Cf. Joshua 10:13; Isaiah 38:3.

¹⁰ B/ *denegando*

¹¹ D/ *pluribusque*

¹² B/ *sed*

¹³ A/ omits *possunt*

¹⁴ A/ adds *et*

¹⁵ A/ *intra*

autem in celo sunt conservantur tempori¹⁶ secundi (105^{rb}) adventus. Nunc enim sicut medicus veni, tunc autem sicut iudex adero, propter quod nunc¹⁷ occultus veni, et ideo nunc non est opus¹⁸ talium signorum. Quia nunc veni mori et que abiecta sunt pati et ideo subdit quod non dabitur eis nisi signum sue mortis prophete,¹⁹ quod fuit figuratum per signum Ione²⁰ quando²¹ *fuit tribus diebus in ventre ceti*. Sed contra hoc videtur esse quod²² Luce duodecimo dicitur quod Christus dicebat ad turbas, *Cum videritis nubem orientem ab occasu*. Hic vero dicitur quod dixit hoc Phariseis. Dicendum quod illud fuit aliud ab isto. Unde et aliud²³ exemplum est illud ab isto, et illud fuit dictum in alia serie narrationis quamvis posset dici quod hoc et illud simul fuit dictum ad turbas et Phariseos.

Queritur etiam quomodo sit verum quod²⁴ rubor celi serotinus sit signum serenitatis; rubor vero matutinus sit signum tempestatis? Quidam dicunt quod rubor serotinus apparet in sero, quia vapor propter calorem precedentis diei est adustus, et ideo rubet quando tangitur a radio²⁵ solis. In mane vero²⁶ significat vaporem esse frigidum²⁷ propter

¹⁶ A/ *tempore*

¹⁷ A/ *aut*

¹⁸ B/ *tempus*

¹⁹ A/ omits *et que abiecta sunt pati et ideo subdit quod non dabitur eis nisi signum sue mortis*

²⁰ A/ omits *prophete*

²¹ A/ *qui*

²² B/ *quia*

²³ A/ *ad*

²⁴ A/ omits *quod*

²⁵ A/ *radice*

²⁶ A/ omits *vero*

²⁷ B/ *humidum*

frigiditatem et humiditatem noctis precedentis. Quando autem vapor est adustus,²⁸ tunc deficit materia pluvie. Sed contra hoc arguitur quia dies hiemalis est frigidior quam nox estivalis, ergo rubor matutinus estivi temporis minus significat pluviam, quam rubor serotinus diei hiemalis. Alii dicunt quod huius signa intelliguntur²⁹ non ut semper, sed ut frequentius et sub certis circumstantiis. Dicunt etiam quod de sero fit rubor ex defectu radii occumbentis et recedentis et apparentis super paucum et tenuem et siccum vaporem. De mane vero propter fortitudinem radii accedentis ad nostrum³⁰ <h>emisp<h>erium non potest hoc fieri nisi super multum et grossum et humidum vaporem, nisi forte fieret solum in initio orientis,³¹ et circa auroram. Potest etiam dici quod est rubor letificans, et cum facie serena resplendens, et est rubor contristans et cum facie aeris³² terra et gravi apperens, et de hoc solo dicitur hic quod est signum tempestatis. Unde hic dicitur, *Rutilat³³ enim triste celum*, id est cum quadam apparentia seu facie tristi. Nec veritas huiusmodi signi multum spectat ad verbum Christi, quia ipse non dixit hoc, nisi ut³⁴ referens commune iudicium, et vulgarem sententiam illorum. Idem autem dixit signum³⁵ in diversis terris potest significare contraria. Unde in³⁶ quibusdam terris nubes veniens ab occasu non est

²⁸ D/ *adaustus*

²⁹ A/ *intelligitur*

³⁰ A/ *a vesperum*

³¹ D/ *orizontis*

³² D/ *omit aeris*

³³ A/ *rutilat*

³⁴ D/ *omits ut*

³⁵ A/ *idem autem dixit hoc autem*; B/ *Idem aut signum*; D/ *Quod autem signum*

³⁶ D/ *omits in*

signum imbrium, sicut³⁷ est in terra Palestine que habet mare magnum ab occidente.

Queritur etiam³⁸ quare Christus reprehendit eos. Quia non³⁹ probant tempus adventus Christi cum illud ab homine non posset⁴⁰ probari aut sciri nisi per spiritualem revelationem. Dicendum quod quamvis antequam Christus advenisset⁴¹ non posset ab eis omnino particulariter⁴² presciri. Ex quo tamen venerat et docebat poterat⁴³ conferre omnia que apparebant in Christo ad verba prophetarum et ad iudicium recte rationis, et ad sensum⁴⁴ seu gustum⁴⁵ divini spiritus et virtutum suarum si Dei spiritum et eius virtutes habuissent sicut habere debebant.

Et ideo Luce nono decimo⁴⁶ Christus predicat (105^{va}) Ierosolimam destruendam eo quod, *non cognoverit*⁴⁷ *tempus visitationis sue*. Sciendum ergo quod Deus in scripturis dedit signa notabilium temporum futurorum, per que antequam venerint tempora illa possunt⁴⁸ in generali a spiritualibus et sapientibus diiudicari conditiones⁴⁹ illorum temporum et precipue quando notabiliter appropinquant. Unde in Psalmo dictum est, *dedisti mentuentibus te*

³⁷ B/ *sed*

³⁸ A/ *autem*

³⁹ A/ omits *non*

⁴⁰ A/ *possit*

⁴¹ B/ *venisset*

⁴² B/ *in particulari*

⁴³ B/ *poterant*

⁴⁴ A/ *sensuum*

⁴⁵ A/ *gustum*

⁴⁶ A/ *nono*. Cf. Appendix pg. 32.

⁴⁷ B/ *cognovit*; D/ *cognoverunt*

⁴⁸ A/ omits *possunt*

⁴⁹ A/ *additiones*

*significationem ut fugiant a facie arcus, et cetera.*⁵⁰ Et Christus, Matthei⁵¹ viginto quarto et Luce viginto uno premissis quod,⁵² *erunt signa in sole et luna, subdit, Ita et vos cum videritis hec fieri scitote quoniam prope est regnum Dei et hiis fieri incipientibus respicite levate capita vestra quoniam appropinquat redemptio vestra.*⁵³ Postquam vero venerint tempora illa possunt etiam discerni in particulari a viris fidelibus et spiritualibus et diligentiam et humilitatem debitam ad hoc adhibentibus, alias sue culpe cecitati debent⁵⁴ hoc imputare.⁵⁵ Unde Ieremie octo⁵⁶ contra huiusmodi excecatos dicitur, *miluus in celo cognovit tempus suum. Turtur et irundo et ciconia custodierunt tempus adventus sui, populus autem meus non cognovit iudicium Dei.* Pro doctis vero dicitur Danielis duodecimo, *Clausi sunt signatique sermones usque ad tempus prefinitum eligentur et dealbabunt et quasi ignis probabuntur multi⁵⁷ et impie agent impii neque⁵⁸ intelligent⁵⁹ porro docti intelligent.* Et de hiis premiserat, *qui autem docti fuerint fulgebunt quasi splendor*

⁵⁰ A/ omits *a facie arcus*; B/D/ omit *et cetera*

⁵¹ D/ *infra*

⁵² A/ omits *quod*

⁵³ A/ omits *prope est regnum Dei et hiis* (B/ *his*) *fieri incipientibus respicite levate capita uestra quoniam appropinquat redemptio vestra*; A/ adds *et cetera, que sequuntur ibidem*

⁵⁴ D/ *debet*

⁵⁵ D/ *imputari*

⁵⁶ B/ *octavo*

⁵⁷ A/ omits *multi*

⁵⁸ D/ *nec*

⁵⁹ B/ adds *omnes impii*

firmamenti. Et supra <un>decimo,⁶⁰ *populus autem sciens Dominum*⁶¹ *suum optinebit et faciet et docti in populo docebunt plurimos*,⁶² licet paulo post subdatur et de eruditis *ruent*. Sed hoc fiet ad maiorem probationem electorum. Unde subditur, *Ut conflentur et eligantur et dealbentur*, scilicet electi, de quibus promiserat quod applicabuntur eis⁶³ multi fraudulenter.

Generatio mala et adultera, scilicet a vero sponso, et a vera fide et copula⁶⁴ sui sponsi, id est secundum Glosam incredula, et habens⁶⁵ intellectum carneum seu erroneum quasi virum suum, *non dabitur ei nisi signum Ione prophete*. Contra alia multa signa et quasi innumeralia fecit Christus coram eis. Dicendum quod hec negatio⁶⁶ non intelligitur nisi respectu signorum que illi⁶⁷ querebant. Unde Rabanus dicit: Non⁶⁸ generationi illi signum celeste datur quale querebant, quibus multa signa dedit in terra; sed generationi⁶⁹ querentium Dominum, id est apostolis quibus cernentibus ascendit in celum, et Spiritum Sanctum misit. Sed adhuc contra hoc⁷⁰ esse videtur, quia⁷¹ in morte Christi

⁶⁰ A/B/D/ *decimo*; All three MSS cite this passage from Daniel chapter 10, whether this is due to scribal error or possession of a variant Vulgate is not known at this time. Cf. Appendix pg. 33.

⁶¹ B/ *Deum*

⁶² D/ *populos*

⁶³ A/ omits *multi*

⁶⁴ A/ *copuli*

⁶⁵ A/ *habent*

⁶⁶ A/ *generatio*

⁶⁷ D/ *ipsi*

⁶⁸ D/ adds *ergo*

⁶⁹ A/ *generatio*

⁷⁰ D/ omits *hoc*

⁷¹ D/ *quod*

sol obscuratus est contra⁷² naturam cum esset luna quinto decimo, et hoc fuit Iudeis notissimum. Dicendum quod in signo⁷³ quod illi querebant intelligebant ipsi, quod Christus magnificaret et glorificaret se coram eis, sicut facturus est Anti-Christus, et sicut⁷⁴ sperabant messiam futuram. Et respectu huius dicit Christus⁷⁵ quod nullo modo hoc fiet, sed potius oppositum, tum quia ipsi meruerant excecari, tum quia Christus venerat humiliari et occidi et non temporaliter dum hic viveret exaltari. Et ideo signum sue passionis debuit preire signa sue resurrectionis et glorie. *Et relictis illis abiit*. Secundum Rabanum, in aliis locis dicitur quod dimissis turbis abiit, sed hic (105^{vb}) dicitur quod reliquit eos tanquam in suo errore obstinatos.

Nota pro misteriiis quod secundum Augustinum rubor vespertinus significat passionem Christi, que fuit in fine synogoge seu in primo adventum⁷⁶ per quam gratia datur. Rubor vero tristis in mane significat⁷⁷ quod⁷⁸ in die iudicii quando incipiet mane alterius vite⁷⁹ per ignem precedentem, tempestas iudicii super reprobos veniet. Vel secundum Glosam, in mane resurrectionis⁸⁰ Christi triste rutilat⁸¹ celum, id est⁸² patiuntur apostoli; ex quo potuit cognosci quod tempestas erat futura super Iudeos et alios impios,

⁷² B/ *contraria*

⁷³ A/ *signum*

⁷⁴ D/ *sic*; adds *ipsi*

⁷⁵ A/ omits *Christus*

⁷⁶ B/ *adventu*

⁷⁷ A/ omits *significat*

⁷⁸ A/ adds *erit*

⁷⁹ A/ omits *vite*

⁸⁰ A/ omits *resurrectionis*

⁸¹ B/D/ *rutilat triste*

⁸² D/ *et*

quia si Christus⁸³ parcat suis bonis quin patiantur, constat quod non parcat⁸⁴ impiis in futuro, iuxta illud prima⁸⁵ Petri quarto, *Tempus est ut incipiat iudicium a domo Dei, si autem primum⁸⁶ a nobis quis finis eorum qui non credunt Dei evangelio.*⁸⁷ Vel rubor de sero⁸⁸ designat hilaritatem et zelum⁸⁹ et effusionem sanguinis sui, per quod dies huius vite carnalis finitur. In mane vero significat iram sanctorum incapabilem contra rebrosos quando, *stabunt iusti in magna constantia adversus⁹⁰ eos qui se angustiaverunt.* Nota etiam⁹¹ quod scribe superficiem celi, id est corticem scripturarum noverant, sed significationes spiritualium sensuum Christi ibi non videbant neque⁹² videre volebant. Et⁹³ simile erit circa finem carnalis⁹⁴ ecclesie, et ideo non dabitur eis⁹⁵ signum nisi passionis electorum, *et relinquentur⁹⁶ sicut umbraculum in vinea et sicut tugurium in cucumerario.*

Obliti sunt panes accipere. Marci octo dicitur quod, *nisi unum panem non⁹⁷ habebant secum in navi.* Querit Ieronimus quomodo panes non habebant, qui statim

⁸³ B/ adds *non*

⁸⁴ B/ *parcent*

⁸⁵ A/ *secunda*; Cf. Appendix pg. 33.

⁸⁶ A/ omits *primum*

⁸⁷ D/ *evangelio*

⁸⁸ A/ *celo*

⁸⁹ B/ *celum*

⁹⁰ D/ *adversio*

⁹¹ D/ omits *etiam*

⁹² D/ *nec*

⁹³ A/ *sed*

⁹⁴ A/ omits *carnalis*

⁹⁵ A/B/ *ei*

⁹⁶ A/ *relinquetur*

⁹⁷ A/ omits *non*

impletis septem sportis ascenderunt in naviculam, et venerunt in Mageda⁹⁸ inde postea navigantes? Et respondet quod credendum est scripture dicenti quod obliti sunt eos tollere.

A fermento Phariseorum et Saduceorum, id est a vetusta et corrupta⁹⁹ et corruptiva doctrina eorum, iuxta illud prima¹⁰⁰ Corinthii quinto, ***modicum fermentum totam massam corrumpit. Expurgate vetus fermentum et post epulemur non in fermento veteri neque in fermento malitie et nequitie***, et cetera.¹⁰¹ Ex quo nota quomodo Christus idem accipit nunc in bono, nunc in malo; quia supra tertio decimo sumpsit fermentum in bono. Sicut enim fervor caritatis et sapientie Dei¹⁰² trahit ad se populum, sic et fervor malitie et erroris populum sibi conformat. Nota etiam quod in Marco additur, ***Et a fermento Herodis***.

Sciens autem Iesus, scilicet cogitationes eorum. ***Modice fidei***, tum¹⁰³ quia de ipso¹⁰⁴ et de¹⁰⁵ eius verbo carnaliter cogitabant, ac si ipse indigeret panibus, et¹⁰⁶ ac si doceret¹⁰⁷ eos de carnalibus sollicitari, et ac si timeret ex cibis Phariseorum coinquinari vel potionari. Sed quare Christus dixit eis sic obscure, ***Cavete a fermento***

⁹⁸ D/ *Magedam*

⁹⁹ D/ *omits et corrupta*

¹⁰⁰ D/ *omits prima*

¹⁰¹ A/ *omits et post epulemur non in fermento veteri neque in fermento malitie et nequitie*; B/D/ *omit et cetera*

¹⁰² A/ *omits Dei*

¹⁰³ A/ *tamen*

¹⁰⁴ B/ *Christo*

¹⁰⁵ B/ *omits de*

¹⁰⁶ D/ *omits et*

¹⁰⁷ A/ *diceret*

Phariseorum. Potest dici primo, quod hoc¹⁰⁸ dixit ut sumeret occasionem ostendendi eis, quod nondum intelligebant virtutem¹⁰⁹ eius per quam panes multiplicaverat. Unde ipse dicit eis, **Nondum intelligitis neque recordamini quinque panum**, et cetera. Et Marci capitulo¹¹⁰ sexto ubi narrat quomodo stupebant quia **viderant eum ambulans supra mare**, subdit, **Non enim intellexerant de panibus erat enim cor illorum obcecaturum**. Secundo, dixit hoc ut sub ratione fermenti¹¹¹ sensibilius advertant vim pestiferam doctrine Phariseorum. **Nondum intelligitis neque recordamini**, et cetera. Glosa: neque misterium (106^{ra}) intelligitis¹¹² neque virtutem miraculi de panibus in memoria habetis. Et secundum Ieronimum dicendo **quare non intelligitis** occulte docet eos quid significant quinque panes et septem panes¹¹³ ex quibus sunt pasti sunt¹¹⁴ homines. Si enim fermentum Phariseorum et Saduceorum non corporalem panem, sed traditiones perversas, et heretica dogmata significat, quare cibi quibus nutritus est populus Dei non veram doctrinam integramque significant?

Tunc intellexerunt, et cetera. Chrysostomus: Ut discas quantum in discipulis potuit increpatio Christi et qualiter eorum mentem dormientem erexit, audi quid sequitur, **Tunc intellexerunt**, et cetera, quamvis Christo

¹⁰⁸ D/ omits *hoc*

¹⁰⁹ A/ *veritatem*

¹¹⁰ A/ omits *capitulo*

¹¹¹ A/ *sub fermento*; omits *ratione*

¹¹² A/ adds *neque virtutes*

¹¹³ A/ omits *panes*

¹¹⁴ A/ omits *sunt*

hoc non interpretante. Increpatio ergo Domini eos a¹¹⁵ Iudaicis observationibus abduxit et attentiores reddidit, et a parva fide eos eripuit ut non timeant, si quando paucos panes habere videantur, neque pro pane solliciti¹¹⁶ sint, sed hec universa despiciant.

*Venit*¹¹⁷ *autem*¹¹⁸ *Iesus in partes Cesaree*¹¹⁹ *Philippi*. Hec est octava pars principalis de¹²⁰ decursu predicationis Christi in qua narratur glorie Christi¹²¹ reseratio.¹²² Et primo, reseratur¹²³ eius vera divinitas¹²⁴ per Petri solemnem confessionem; secundo, passionis sue future virtuositas et resurrectionis eius novitas, per eius¹²⁵ apertam predicationem ibi,¹²⁶ *Exinde cepit Iesus ostendere*; tertio, sue celestis glorie claritas et suavitas per sui mirandam transfigurationem capitulo septimo¹²⁷ decimo, *Et post dies sex*; quarto, omnium miraculorum peragendorum plena potestas ibi, *Et cum venisset ad turbam*;¹²⁸ quinto, evangelici status perfecta libertas ibi, *Et cum venissent Capharnaum*. In prima, primo¹²⁹ premittitur discipulorum

¹¹⁵ B/ *ab*

¹¹⁶ D/ *solliciti*

¹¹⁷ MS C begins here, though the chapter markings indicate that it begins a few folios earlier.

¹¹⁸ B/ *aut*; D/ *ergo*

¹¹⁹ A/ *Cesarii*

¹²⁰ D/ omits *de*

¹²¹ A/ omits *in qua narratur glorie Christi*

¹²² A/ *reserata*

¹²³ A/ *referatur*

¹²⁴ C/D/ *dietas*

¹²⁵ A/ adds *novitatis*

¹²⁶ C/ *et*

¹²⁷ A/ *sexto*; Cf. Appendix pg. 35.

¹²⁸ A/ *turbas*

¹²⁹ A/ omits *primo*; C/ adds *ponitur et*

a Christo interrogatio quia¹³⁰ scilicet sentiant alii de ipso; secundo, subditur opinionum diversarum a discipulis recitatio ibi, *At illi dixerunt*; tertio, querit ab eis quid ipsi sentiant de eo ibi,¹³¹ *Dicit illis Iesus*; quarto, subditur Petri confessio ibi,¹³² *Respondens Symon*¹³³ *Petrus*; quinto, commendatur eius confessio et fit ei¹³⁴ virtutis et auctoritatis miranda promissio ibi, *Respondens autem Iesus*; sexto, precipitur eis huius veritatis occultatio ibi, *Tunc precepit*.

De hac questione et confessione habetur Marci octo et Luce nono, *In partes Cesaree*¹³⁵ *Philippi*, ad differentiam alterius Cesaree que est Strationis est autem dicta Philippi¹³⁶ quia secundum Chrysostomum et Ieronimum, Philippus frater Herodis tetrarche in honore Tiberii Cesaris eam Cesaream¹³⁷ Philippi que nunc Paneas dicitur appellavit.¹³⁸ Magister Historiarum dicit quod iste Philippus construxit eam in aquilonari termino Iudee. Et Ieronimus dicit quod est in provincia Fenicis ad radicem montis Libani, ubi oriuntur duo fontes¹³⁹ Ior et Dan qui postea sub montibus Gelboe iuncti Iordanem efficiunt.

¹³⁰ C/D/ quod

¹³¹ A/ omits ibi

¹³² A/ assertio scilicet

¹³³ C/ omits Symon; adds aut; D/ omits Symon

¹³⁴ D/ eis

¹³⁵ A/ Cesarie

¹³⁶ A/ omits ad differentiam alterius Cesaree que est Strationis est autem dicta Philippi

¹³⁷ A/ eandam Cesariam

¹³⁸ A/ appellatur; B/ adds et

¹³⁹ A/ adds scilicet

Dicit autem Chrysostomus quod ideo Christus interrogavit ibi discipulos,¹⁴⁰ extra scilicet terram Iudeorum,¹⁴¹ ut absque omni timore libere dicerent quod habebant in mente; potest etiam¹⁴² dici quod hoc fecit in signum, quod extra Iudeos in gentibus erat eius deitas predicanda et revelanda. Et in signum quod in urbe cesaris, scilicet Rome, erat fides Petri et Christi¹⁴³ ecclesia fundanda.¹⁴⁴ Sed videtur¹⁴⁵ huic contrarium, quia Marcus dicit quod venerunt in castella Cesaree¹⁴⁶ et in via interrogabat eos. Lucas vero dicit quod *cum esset solus orans interrogavit illos*.¹⁴⁷ Et respondetur quod hoc non fuit in Cesarea,¹⁴⁸ sed in partibus eius, id est in territorio eius, et licet (106^{rb})Christus oraret nichilominus fuit in via.

Unde Augustinus dicit quod hoc solum habet movere eum qui nunquam oravit in via;¹⁴⁹ aliqui tamen dicunt quod forte bis quesivit hoc a discipulis, *Quem dicunt homines esse*.¹⁵⁰ Secundum Origenem, ideo primo querit ab eis quid alii sentiant, primo, ut ex hac apostolorum responsione¹⁵¹ nos discamus diversas opiniones fuisse tunc apud Iudeos de

¹⁴⁰ C/ omits *ibi*; A/ *discipulis*

¹⁴¹ A/ omits *Iudeorum*

¹⁴² A/ *et*

¹⁴³ C/ omits *Christi*

¹⁴⁴ D/ *fundata*

¹⁴⁵ C/ adds *mihi*

¹⁴⁶ A/ *Cesarie*; B/ *Cesarea*

¹⁴⁷ C/D/ *eos*

¹⁴⁸ A/ *Cesaria*

¹⁴⁹ B/ omits *Unde... in via*

¹⁵⁰ C/ adds *et cetera*

¹⁵¹ C/D/ omits *hac*; C/D *responsione apostolorum*

Christo; secundo, ut ex hoc exemplo¹⁵² doceamus inquirere et perscrutari quid sentiant alii de nobis ut si quid mali de nobis dicitur occasiones illius¹⁵³ tolleamus, si quid autem boni eius¹⁵⁴ occasiones augeamus. Discipuli autem¹⁵⁵ seu socii a quibus est hoc querendum exemplo apostolorum instruuntur ut qualescumque opiniones audiverint foris de suis rectoribus referant eis. Secundum autem Rabanum ideo discipulos quid¹⁵⁶ alii de se sentiant inquit, ut expositis primo sententiis¹⁵⁷ errantium probarentur discipuli veritatem¹⁵⁸ sue confessionis non de opinione vulgata¹⁵⁹ traxisse, sed de ipso Dominice revelationis archano. Post¹⁶⁰ hoc autem eos¹⁶¹ quid de se sentiant interrogat, ut pro confessione¹⁶² vere¹⁶³ fidei eos digna mercede remuneret. Non enim quasi nesciens quid ipsi vel alii de eo sentirent eos interrogavit. Potest etiam dici quod hoc fecit ut per responsionem eorum¹⁶⁴ solemnem eorum fides esset¹⁶⁵ stabilior, et ut pateret quomodo altius et verius sentiebant de eo pre ceteris. Et ut ostendat quod confessio fidei est

¹⁵² A/ *ut exemplo*; B/ *ut ex hoc exemplo*; C/ *ut ex hoc*; D/ *ut exemplo hoc*

¹⁵³ C/D *mali*

¹⁵⁴ A/ *adds et*; D/ *omits et eius*

¹⁵⁵ D/ *omits autem*

¹⁵⁶ C/ *quod*

¹⁵⁷ C/D/ *add misteriis after primo*; D/ *omits sententiis*

¹⁵⁸ C/ *veritate*

¹⁵⁹ B/ *vulgari*

¹⁶⁰ A/ *adds etiam*

¹⁶¹ B/ *aut*; B/D *omit eos*

¹⁶² A/ *per confessionem*

¹⁶³ B/ *recte*

¹⁶⁴ B/D/ *omit eorum*

¹⁶⁵ B/ *fieret*

necessaria ad salutem. Et ideo interrogando exigit eam ab eis.

Dicit autem¹⁶⁶ Chrysostomus quod non a principio eos de hoc¹⁶⁷ interrogavit, sed postquam multa signa fecit et multa locutus est eis de sua deitate. Et postquam multe opiniones¹⁶⁸ de eo inter turbas currebant a quibus ipsi debebant apparere distincti. Dicit etiam quod non dicit quem me¹⁶⁹ dicunt Scribe et Pharisei sed,¹⁷⁰ **quem me dicunt homines esse**, quia licet plebs non sentire¹⁷¹ alte de Christo, secundum quod Christum decebat tamen¹⁷² a nequitia erat libera, sed opinio Phariseorum de Christo erat plena¹⁷³ multa malitia. Dicit autem Ieronimus quod non dicit quem me dicunt homines, sed **quem dicunt¹⁷⁴ esse Filium hominis**, ne iactantur¹⁷⁵ de se querere videretur. Sed contra hoc arguitur quia¹⁷⁶ Marci octo dicitur, **Quem me dicunt esse homines**, et Luce nono, **Quem me dicunt¹⁷⁷ esse turbe**. Potest dici salvando dictum Ieronimi quod Marcus et Lucas referunt mentem Christi potius quam verbum. Si tamen Christus hoc dixit sicut Marcus et Lucas dicunt,¹⁷⁸ sciendum quod bene scivit Christus sic dicere non

¹⁶⁶ B/ *aut*

¹⁶⁷ C/D/ *de hoc eos*

¹⁶⁸ C/D/ *add quando iuste opiniones*

¹⁶⁹ C/ *adds esse*

¹⁷⁰ B/ *si*

¹⁷¹ B/C/ *sentiret*

¹⁷² A/ *adds quod*

¹⁷³ A/ *omits plena*

¹⁷⁴ A/ *adds homines*

¹⁷⁵ D/ *iactanter*

¹⁷⁶ A/ *quod*

¹⁷⁷ C/ *omits dicunt*

¹⁷⁸ B/C/ *dicunt Marcus et Lucas*; D/ *omits dicunt*

solum absque omni iactantia, sed etiam absque specie omnis iactantie et precipue cum loqueretur ad eos qui erant sibi familiarissimi et quasi unum cum eo.

Alii Iohannem Baptistam, et cetera.¹⁷⁹ Ieronimus dicit se mirari quare quidam credunt¹⁸⁰ causas istorum errorum seu opinionum, cum ita potuerint turbe erronee¹⁸¹ opinari ipsum esse Heliam vel Ieremiam sicut Herodes erronee putavit ipsum esse Iohannem.¹⁸² Et¹⁸³ certe error¹⁸⁴ est quod¹⁸⁵ inconstans et ex levibus et variis causis surgit. Ex aliqua¹⁸⁶ tamen similitudine Christi ad aliquod¹⁸⁷ illorum facta potuerunt iste opiniones (106^{va}) surgere.

Nota autem quod iste¹⁸⁸ opiniones et varietates¹⁸⁹ earum ostendunt quod Christus etiam tunc transcendebat intelligentiam hominum. De re enim occulta et trascendenti, et¹⁹⁰ per quasdam efficacias et refulgentias stuporem intuentibus et audientibus incutiente,¹⁹¹ solent varie opiniones esse, ita quod¹⁹² licet magna luce¹⁹³ inde dicantur, pauci tamen ad veritatem talis rei pertingunt.

¹⁷⁹ C/D/ omit *et cetera*

¹⁸⁰ B/ *querunt*

¹⁸¹ D/ omits *erronee*

¹⁸² A/ *Iohannem esse*; adds *Heliam*

¹⁸³ A/ *etiam*

¹⁸⁴ B/ *errorem*

¹⁸⁵ B/ *quid*; A/ *quia*

¹⁸⁶ C/ *et*; D/ *et aliquando*

¹⁸⁷ A/ adds *aliquod*

¹⁸⁸ C/D/ *ipse*

¹⁸⁹ B/C/D/ *varietas*

¹⁹⁰ B/ omits *et*

¹⁹¹ C/ *incutienti*; D/ *incutienter*

¹⁹² C/D/ *et*; omit *quod*

Respondens Symon. Chrysostomus dicit quod quando¹⁹⁴ Christus de opinione plebis interrogat omnes respondent, sed ubi sententiam eorum, querit Petrus tanquam os apostolorum et caput¹⁹⁵ pro omnibus respodet. Et nota quod ex¹⁹⁶ modis quos¹⁹⁷ Petrus legitur habuisse ad Christum et Christus ad Petrum patet quod Petrus quadam auctoritate et constantia et fervore fidei et amoris¹⁹⁸ ad Christum ceteris preeminebat,¹⁹⁹ ita quod hoc erat evidens inter eos. Christus etiam se habebat ad eum quasi ad principalem, et ideo Petrus plerumque loquitur pro omnibus non solum propter fervorem maiorem sed etiam propter quandam imaginem auctoritatis quam inter eos habebat.

Tu es Christus,²⁰⁰ et cetera. Confitetur eius officium et dignitatem regalem et pontificalem, et respectum eius ad legem et prophetas dicendo²⁰¹ tu es Christus, quia messias Hebraice idem est quod²⁰² christus Grece et unctus Latine. Et²⁰³ erat apud Iudeos nomen unctorum in reges et²⁰⁴

¹⁹³ B/C/D/ *hinc*

¹⁹⁴ A/ omits *quando*

¹⁹⁵ C/ omits *et caput*

¹⁹⁶ A/ adds *quot*

¹⁹⁷ A/ omits *quos*

¹⁹⁸ A/ *amore*

¹⁹⁹ A/ *preminebat*

²⁰⁰ A/ *Petrus*; This is most definitely a scribal error in MS A as the previous paragraph starts with the beginning of Matt 16:16, the following paragraph explains the meaning of *messias* in Hebrew, *christus* in Greek and *unctus* in Latin, and the next biblical citation in the paragraph is the rest of Matt 16:16.

²⁰¹ C/ *ideo*

²⁰² B/ omits *idem; quod est*

²⁰³ B/ *quod*

²⁰⁴ D/ omits *et erat...reges et*

pontifices et antonomastice erat nomen illius quem lex et prophete promittebant tanquam salvatorem Iudeorum et²⁰⁵ totius orbis venturum. Dicendo autem²⁰⁶ **Filius Dei vivi**, confitetur eius consubstantialitatem cum Deo Patre et personalem distinctionem et proprietatem originalem. Non enim intendit dicere quod sit filius Dei per adoptionem aut per²⁰⁷ participationem singularem quia tunc non fuisset ista confessio ita commendata a Christo. Sed potius confitetur eum esse²⁰⁸ Filium Dei conaturalem et consubstantialem et coequalem. Dicit autem vivi, secundum Ieronimum, ad differentiam falsorum deorum qui putantur dii sed mortui sunt ut est²⁰⁹ Saturnus et Venus et cetera idolorum portenta. Vel secundum Origenem in hoc tenuit morem²¹⁰ scripture in quo²¹¹ sepius dicitur, **Vivo ego dicit Dominus**. Dicebatur autem vivus per supereminentiam qua supereminet omnibus habentibus vitam, quia ipse est supersubstantialiter vita immensa et omnino immortalis et indefectibilis et fons vite. Ergo Petrus confitetur utramque Christi naturam et unam eius personam in suo sublimi. Christus enim spectat ad eum in quantum homo. Filius vero nomen est persone, sed filius Dei vivi est designativum consubstantialis deitatis²¹² cum Patre.

²⁰⁵ B/ omits *Iudeorum et*

²⁰⁶ D/ *tamen*

²⁰⁷ A/B/ omit *per*

²⁰⁸ C/D/ *ipsum*; A/ omits *esse*

²⁰⁹ A/ omits *est*

²¹⁰ C/ *modum*

²¹¹ D/ *qua*

²¹² C/ omits *deitatis*

Respondens autem Iesus, et cetera. In hac²¹³ responsione Christus²¹⁴ laudat Petrum, primo a fidei²¹⁵ sue sublimi origine et claritate dicens, ***Quia caro***, et cetera; secundo, a fidei soliditate dicens, ***Tu es Petrus***; tertio, a totius ecclesie seu edificii ecclesiastici fundamentalitate dicens, ***et super hanc petram***; quarto, a triumphali victoriositate ibi,²¹⁶ ***Porte inferi***; quinto, promittit ei summam et singularem ligandi et solvendi²¹⁷ seu claudendi et aperiendi auctoritatem ibi, ***Et tibi dabo***. Nota autem²¹⁸ quod Christus laudat confessionem Petri, primo, ad magis²¹⁹ incitandum omnes ad constantiam (106^{vb}) et amorem fidei; secundo, ad maiorem confirmationem confessionis premissae; tertio, ad ostendum preexcellenciam fidei et clare confessionis eius et ad ostendendum quam²²⁰ placens est Christo;²²¹ quarto, ad maiorem manifestationem²²² et condignam commendationem fidei Petri. Ex hoc enim magis apparet ex quam alto corde et quam claro predicta confessio manavit a Petro. Quinto, ad ostendendum quomodo Christus coram Patre in celis confitebitur eos qui constanter ipsum confitentur.²²³ Sexto, ad ostendendum quod sicut mens se habet ad Deum, sic

²¹³ A/ adds *autem*

²¹⁴ B/ *Christus*

²¹⁵ A/ *fide*

²¹⁶ C/D/ add *et*

²¹⁷ C/ adds *potestatem*

²¹⁸ B/ *aut*

²¹⁹ A/ *maius*

²²⁰ D/ *quod*

²²¹ A/ *Christus*

²²² C/D/ *manifestationem maiorem*

²²³ A/ *confitentur ipsum*

Deus²²⁴ ad eam. Unde quanto ferventius quis tendit in eum, tanto et²²⁵ Deus efficacius se ingerit ei, et tanto plus acceptat et magnificat eum, et precipue si sunt²²⁶ ad altum statum vel officium elevandi²²⁷ sicut erat Petrus. Septimo, ut singularis presidentia Petro danda super omnes²²⁸ ex ore Christi sumeret originem²²⁹ et promulgationem.

Symon barIona. Secundum Ieronimum, dictus est bariona, id est filius Iohannis. Unde alibi dicitur,²³⁰ ***Symon Iohannis diligis me,***²³¹ et cetera, et dicit quod quidam volunt quod littera esse deberet bariohanna, sed scriptorum vitio est depravatum. Dicit tamen quod sive hoc sive illud sit bene convenit Petro, quia Iona interpretatur columba et²³² Iohanna vero Domini gratia. Dicit autem Chrysostomus quod vanum esset dicere tu es filius Ione vel Iohanne, nisi ut ostendat quoniam ita naturaliter est Christus Filius Dei et eiusdem substantie²³³ cum²³⁴ Patre, sicut Petrus erat²³⁵ naturalis filius Ione.

Quia caro et sanguis non revelavit tibi, id est non²³⁶ carnali affectu vel²³⁷ opinione ductus hoc sensisti et

²²⁴ D/ *Dominus*

²²⁵ A/ omits *et*

²²⁶ C/D/ *sit*

²²⁷ D/ *elevandus*

²²⁸ C/ *omnis*

²²⁹ C/ *originei*

²³⁰ C/D/ omit *dicitur*

²³¹ A/ adds *plus hiis*

²³² C/D/ omit *et*

²³³ C/ adds *vel*

²³⁴ D/ adds *Deo*

²³⁵ C/D/ omit *erat*

²³⁶ A/ omits *non*

dixisti.²³⁸ Nec ab aliquo homine aut tuo humano sensu vel ingenio hoc²³⁹ didicisti²⁴⁰ seu²⁴¹ investigasti. ***Sed Pater meus qui est in celis.*** Secundum Chrysostomum, si Petrus non esset confessus Christum proprie ex patre natum, non esset hic revelatione²⁴² opus nec beatitudine dignus²⁴³ esset. Revelatio autem hec facta fuit per impressionem ferventis fidei et singularis illustrationis factam in corde Petri.

Et ego dico tibi. Nota quod Christus se habet hic ut rex magnificus qui se honorantem statim magnifice remunerat. ***Quia tu es Petrus.*** Secundum Augustinum, sexto libro²⁴⁴ *De concordantia evangelorum*,²⁴⁵ Petrus non accepit²⁴⁶ hoc nomen hic sed ubi Iohannis scilicet²⁴⁷ dicitur, ***tu vocaberis Cephas***, id est Petrus.²⁴⁸ Quidam tamen dicunt quod ibi fuit predicta vel promissa illa cognominatio,²⁴⁹ sed quando ex discipulis elegit duodecim in apostolos tunc fuit impositum sibi nomen.²⁵⁰ Unde Marci tertio dicitur quod²⁵¹ imposuit Symoni nomen Petrus.

²³⁷ C/ *scilicet*

²³⁸ B/ omits *et dixisti*

²³⁹ C/ *licet*

²⁴⁰ A/ *dixisti*

²⁴¹ C/D/ *vel*

²⁴² C/ adds *hec*

²⁴³ B/ *dignum*

²⁴⁴ A/ adds *sexto*; omits *libro*

²⁴⁵ This is most likely *De consensu evangelistarum*. Cf. CA 16.3.295.

²⁴⁶ A/ *accipit*

²⁴⁷ B/D/ *primo*

²⁴⁸ C/ omits *sed ubi...Petrus*

²⁴⁹ B/ *nomenis imposito*

²⁵⁰ B/ omits *nomen*; C/ omits *sibi*

²⁵¹ B/ *et*

Et Luce sexto, ubi numerantur duodecim iam electi dicit²⁵² Symonem quem cognominavit Petrum. Hic vero nomen impositum confirmavit, vel tunc²⁵³ virtutem nominis sibi²⁵⁴ inesse ostendit. Dictus est enim²⁵⁵ Petrus, quasi petrosus vel saxeus, id est fortis et solidus sicut petra. Nota autem quod Petrus non est nomen Hebraicum,²⁵⁶ sed Grecum et Latinum. Unde Rabanus,²⁵⁷ idem est Grece sive Latine Petrus quod Cyriace Cephas quod nomen in utraque lingua a petra derivatum²⁵⁸ est. Quod autem non sit Hebraicum probat Remegius²⁵⁹ primo ex hoc quia²⁶⁰ in Hebreo p non exprimitur²⁶¹, sed loco eius f ponitur. Unde pilatum dicunt filatum. Secundo, quia Iohannes narrat Christum dixisse, **Tu vocaberis Cephas**, et²⁶² ipse de suo addit²⁶³ quod interpretatur Petrus. **Et super hanc petram**, id est super fidei (107^{ra}) tue solidam confessionem secundum Chrysostomum, vel secundum Augustinum super hanc petram quam confessus es, id est super me de quo dicitur, **Petra autem erat Christus**. Uterque autem sensus verus

²⁵² B/C/ dicitur

²⁵³ C/D/ rem

²⁵⁴ A/ sui

²⁵⁵ A/ enim est

²⁵⁶ A/ Hebreum

²⁵⁷ Non inveni. See Appendix pg. 47 for alternate citation.

²⁵⁸ A/ dirivatum

²⁵⁹ Non inveni. See Appendix pg. 47 for alternate citation.

²⁶⁰ A/ quod; D/ corrects quod to quia

²⁶¹ A/ exponitur

²⁶² C/ adds cetera

²⁶³ A/ omits addit

est licet aliter et aliter. Quia aliter edificata est²⁶⁴ ecclesia in Petro,²⁶⁵ aliter in Christo.

Et porte inferi non prevalebunt adversus eam, id est nullum realiter filium ecclesie in te fundate²⁶⁶ potuerunt ad se trahere, quasi diceret omnes veri filii eius salvabuntur ita quod non intrabunt portas inferi. Vel per portas inferi possunt intelligi²⁶⁷ demones aut quicumque principes malitie vel erroris ut fuerunt tyranni et²⁶⁸ heresiarche, quia per istos intrant ceteri ad collegium malorum, sicut per portas intrat homo civitatem.²⁶⁹ Vel secundum Ieronimum, per portas possunt intelligi vitia et potissime principalia seu capitalia.²⁷⁰ Vel secundum Rabanum porte sunt tormenta et²⁷¹ blandimenta persecutorum et prava infidelium opera et colloquia, quia iter perditionis ostendunt. Est ergo sensus quod nulla damnatio vel temptatio sibi prevalebit. Secundum autem Originem potest hoc referri tam ad Petrum quam ad ecclesiam, quia contra neutrum porte prevalent inferorum. Dicit autem Cyrillus quod sicut Christus promisit²⁷² ita ecclesia Petri ab omni seductione immaculata manet super omnes prepositos et²⁷³ episcopos et²⁷⁴ primatos²⁷⁵ ecclesiarum in suis pontificibus in

²⁶⁴ B/D/ *est edificata*

²⁶⁵ C/ adds *et*

²⁶⁶ A/ omits *fundate*

²⁶⁷ C/ *intelligere possunt*

²⁶⁸ C/ omits *tyranni et*

²⁶⁹ B/ *civitates*

²⁷⁰ C/D/ omits *seu capitalia*

²⁷¹ A/ *vel*

²⁷² A/ *promisit Christus*

²⁷³ C/D/ omits *et*

²⁷⁴ C/ adds *prelates*

²⁷⁵ C/ *primates*

plenissima fide et auctoritate Petri. Et cum alie ecclesie quorundam errore sint²⁷⁶ verecundate, ista semper manet constabilitata²⁷⁷ omnia opturans ora hereticorum.

Et tibi dabo claves regni celorum, id est plenam auctoritatem super ecclesiam que dicitur regnum celorum et²⁷⁸ plenam auctoritatem deducendi animam ad vitam eternam, que proprie dicitur regnum celorum. Hanc autem²⁷⁹ auctoritatem per claves significat, quia potestas vel iurisdictio super civitatem vel domum solet hominibus dari per traditionem clavium domus vel civitatis. Et quia per clavem domus introeuntibus aperitur et clauditur, dicit autem tibi singulariter ut ostendat quod isti soli et eius successoribus summam et singularem auctoritatem committit. Quare autem Christus unum voluit esse caput totius ecclesie, multas²⁸⁰ habet notabiles rationes, quas quia²⁸¹ alibi tradidi hic ommitto. Secundum autem²⁸² Rabanum per claves has intelliguntur potestas et descretio. Potestas qua liget vel solvat; discretio qua dignos vel indignos²⁸³ discernat. Secundum quosdam tamen discretio non habet rationem clavis, nisi in quantum includitur in potestate ligandi et solvendi. Quia qui habet plenam potestatem iudicandi eo ipso habet potestatem²⁸⁴ inquirendi

²⁷⁶ C/D/ *sunt*

²⁷⁷ C/D/ *stabilita*

²⁷⁸ A/ *scilicet*; omits *plenam auctoritatem super ecclesiam que dicitur regnum celorum et*

²⁷⁹ C/ *aut*

²⁸⁰ C/ omits *multas*

²⁸¹ D/ omits *quia*

²⁸² A/ omits *autem*; C/ adds *aut*

²⁸³ D/ repeats *vel indignos*

²⁸⁴ D/ omits *iudicandi...potestatem*

et²⁸⁵ examinandi et discernendi et tandem diffiniendi. Dicuntur tamen claves in plurali, ad designandum quod hec potestas multa potest et²⁸⁶ habet aperire et²⁸⁷ claudere. Et ad designandum quod multas potestates²⁸⁸ in se continet, sive hec sit sub reali²⁸⁹ differentia sive non, ***Et quodcumque ligaveris***, id est secundum Glosam quodcumque²⁹⁰ indignum remissione iudicaveris sive sententiaveris indignus apud Deum iudicabitur.

Et quodcumque solveris, et cetera,²⁹¹ id est quemcumque solvendum a peccatis iudicaveris. Dicit autem super terram, id est secundum Glosam dum vivit ligandus vel solvendus. Quia non est data hominibus potestas ligandi vel solvendi mortuos (107^{rb}) sed vivos²⁹² Sed contra hoc esse videntur multa decreta sanctorum patrum qui²⁹³ dicunt hereticos anathematizatos et anathematizandos²⁹⁴ fuisse post mortem. Sciendum autem quod hec duo non sunt sibi contraria, si bene intelligantur. Directe²⁹⁵ enim non potest ab homine ligari vel solvi nisi qui est in hac vita sed indirecte et quasi per accidens potest

²⁸⁵ C/D/ omit *et*

²⁸⁶ C/ omits *potest et*

²⁸⁷ B/ *vel*

²⁸⁸ A/ *hec potestas*

²⁸⁹ A/ *tali*

²⁹⁰ B/ *quemcumque*

²⁹¹ A/ adds *super terram*; C/D omit *et cetera*

²⁹² A/ *seu iniquos*

²⁹³ B/ *que*

²⁹⁴ A/ *anathematizatos hereticos*; omits *et anathematizandos*; B/ *hereticos anathematizandos*; omits *et anathematizandos*;

²⁹⁵ A/ *indirecte*

mortuus ligari vel solvi²⁹⁶ per hoc scilicet quod imponitur²⁹⁷ hominibus huius vite quod sic vel sic²⁹⁸ se habeant ad talem mortuum. Unde anathematizare mortuos non est aliud quam authentice diffinire, quod illi sunt execrandi ab omnibus tanquam²⁹⁹ precisi ab ecclesia Dei, sicut et canonizare sanctos paradisi non est aliud quam diffinire,³⁰⁰ et statuere quod³⁰¹ a nobis habeantur ut sancti. Ministrando etiam suffragia mortuis quodammodo³⁰² eos a suis³⁰³ culpis et peccatis³⁰⁴ absolvit. Et quando finaliter contritos post mortem ab excommunicatione absolvit idem est quod permittere quod suffragia vivorum liberius possint ire ad illos illisque valere.³⁰⁵

Nota autem³⁰⁶ quod sicut quedam est sententia sola³⁰⁷ asserens veritatem rei³⁰⁸ prout est vel non est, quedam vero est precipiens hoc fieri vel non fieri. Sic quedam³⁰⁹ ligatio vel solutio est³¹⁰ solum veritatis determinativa, et hoc modo

²⁹⁶ A/ omits *nisi qui est in hac vita sed indirecte et quasi per accidens potest mortuus ligari vel solvi*

²⁹⁷ B/ adds *potest; imponi*

²⁹⁸ A/ omits *sic*

²⁹⁹ D/ *vel*

³⁰⁰ A/ *dissere*

³⁰¹ D/ *ut*

³⁰² B/ adds *eis*; D/ adds *est*

³⁰³ B/ adds *penis et*

³⁰⁴ B/ omits *et peccatis*; C/D *penis*

³⁰⁵ Cf. CA 16.3.296 concerning the *Ex Sententiis*, Council of Constantinople, Synod V.

³⁰⁶ C/ *aut*

³⁰⁷ C/D/ *solum*

³⁰⁸ C/ *ei*

³⁰⁹ C/D/ add *est*

³¹⁰ C/D/ omit *est*

ligare est idem quod ligatum ostendere. Alia est ligans ad aliquam penam aut ad aliquid faciendum, aut solvens³¹¹ ab aliqua pena vel culpa vel opera, ad que quis erat³¹² primo ligatus. Intelligendum est autem quodcumque ligaveris vel solveris, scilicet³¹³ rationabiliter, ligandum vel solvendum.³¹⁴ Sic enim intelligende³¹⁵ sunt propositiones iuris, alias si solveret³¹⁶ matrimonia vel Dei precepta, aut si ligaret ad peccandum,³¹⁷ aut ad omnia sua absque causa reliquenda, et sic de aliis consimilibus non esset ligatum vel solutum in celo, id est apud Deum. Loquitur enim more regis committentis baiulo suo plenitudinem potestatis dicendo quicquid tu feceris³¹⁸ vel decreveris, ita volo quod sit ratum ac si per me personaliter factum, et veraciter volo censi illud per me factum esse et decretum. Quod autem³¹⁹ primum sit verum patet ex hoc quod dicit hic Ieronimus quod quidam episcopi et presbyteri ex hiis verbis arbitrantur se posse licite damnare innocentes vel solvere noxios, quod ipse valde improbat. Et Dyonisius, in³²⁰ libro *Ecclesiaticae ierarchie*, probat quod ierarchie seu³²¹ episcopi³²² nichil possunt,³²³ nisi solum secundum motum

³¹¹ D/ *absolvens*

³¹² A/ *erat quis*

³¹³ C/ *id est*

³¹⁴ A/ *solvendum vel ligandum*

³¹⁵ B/ *intelligendo*

³¹⁶ A/ *solverentur*

³¹⁷ D/ *peccatum*

³¹⁸ C/ *facis*

³¹⁹ B/ *aut*

³²⁰ C/D/ *omit in*

³²¹ C/ *omits seu*; D/ *sive*

³²² C/ *adds scilicet*

³²³ A/ *possint*

vel regulam Dei.³²⁴ Et Paulus dicit se et alios nichil posse contra veritatem, *sed pro veritate*, nec³²⁵ *in destructionem*, *sed in edificationem*.

Tunc precepit discipulis suis,³²⁶ et cetera. Sed quare hoc precepit, nonne melius erat³²⁷ eius magnalia aliis revelare? Dicendum quod convenienter hoc fecit³²⁸ primo ad parcendum invidie et scandalo Phariseorum. Secundo, ad docendum eos observare³²⁹ tempus congruum ad docendum³³⁰ vel tacendum³³¹ fidei documenta. Nondum enim erat tempus sue glorie, sed potius passionis et ignominie.³³² Tertio, ad dandum formam humilitatis ut nollimus³³³ inaniter magnificari et famam nostram³³⁴ in populos divulgari. Nota pro misterii³³⁵ finalis temporis³³⁶ quod sicut in primo Adventu Christi qui fuit in carnem, fuerunt in plebe varie opiniones de Christi persona; discipulis tamen vere et solide confitentibus veritatem (107^{va}) propter quam³³⁷ Christi ecclesia fundata est in eis, sic in secundo Adventu, qui est in Spiritum, sunt et erunt

³²⁴ Non inveni.

³²⁵ A/ *non*

³²⁶ D/ omits *suis*

³²⁷ A/ *esset*

³²⁸ A/ adds *et*

³²⁹ C/D/ *servare*

³³⁰ B/ omits *eos...docendum*; adds *quod aliquando sunt*

³³¹ B/ *tacenda*

³³² C/ *ignorantie*

³³³ A/ *nolle*

³³⁴ A/ *suam*

³³⁵ A/ adds *huius*

³³⁶ A/ *temporis <fi> nalis*

³³⁷ C/D/ *quod*

varie opniones de vita Christi. Sed in discipulis eius³³⁸ solide confitentibus altitudinem eius fundabitur ecclesia spiritualis, contra quam porte inferi, id est secte infernalis Anti-Christi, non prevalebunt. Immo habebit³³⁹ summam potestatem aperiendi archana scripturarum et gratiarum et secreta contemplativi status et claudendi ea indignis. Nota tamen quod ex quo erunt solidi in prefata confessione ex tunc vita Christi seu Christus in spiritu vite sue aperte dicet eis, quod tam ipsam quam ipsos oportet ire in Ierusalem et reprobari a scribis et senioribus ecclesie carnalis.

Exinde cepit Iesus. Hic predicat eis suam passionem et resurrectionem, et primo promittitur hec³⁴⁰ predicatio; secundo, Christi³⁴¹ a Petro super hoc increpatio ibi, *Et assumens eum Petrus*; tertio, Petri reprehensio ibi, *Qui conversus*; quarto, discipulorum ad passionem consimilem subeundam animatio ibi, *Tunc Iesus dixit discipulis suis*; quinto, glorie Christi quibusdam ex ipsis et ante mortem ipsorum revelatione³⁴² promissio ibi, *Amen dico vobis*.

Dicit ergo,³⁴³ *Exinde cepit Iesus ostendere et cetera*.³⁴⁴ Nota quod usque quo³⁴⁵ firmitatem fidei eorum quod ipse esset³⁴⁶ Deus per confessionis evidentiam probavit, noluit eis revelare sue passionis secretum. Tum,

³³⁸ C/ omits eius

³³⁹ D/ habebunt

³⁴⁰ C/D/ hic

³⁴¹ D/ omits Christi

³⁴² D/ revelande

³⁴³ B/ omits dicit ergo

³⁴⁴ C/D/ omit et cetera

³⁴⁵ A/ unde quousque

³⁴⁶ C/ omits esset

quia non fuissent idonei sed forte³⁴⁷ potius, turbarentur ex tali auditu, tum, quia nondum erant digni. In quo docet quod³⁴⁸ discipulis non omnia sunt ab initio reseranda. Sed quare nunc predicat hoc eis? Ad hoc potest dici quod³⁴⁹ primo, ut suo tempore ex hoc minus inde scandalizentur; secundo, ut sciant quia voluntarie est eam passurus et ex providentia et predestinatione divina; tertio, ut sciant quod hec passio est res nobilis³⁵⁰ et desiderabilis; quarto, ut suam resurrectionem et gloriam futuram possit eis predicere; quinto, ut modum perveniendi ad martyrium et ad eterne glorie premium, eos³⁵¹ suo exemplo doceret; sexto, ut letis misceat tristitia et econverso. Timor enim cum spe et tristitia cum gaudio et humilia³⁵² cum sublimibus erant miscenda. Et ideo post claram confessionem sue deitatis dicit se abiciendum et moriturum, et post Petri commendationem subdit eius reprehensionem.

Quia oportet eum, non quidem necessitate coactionis ac³⁵³ sue indigentie, sed necessitate paterni precepti et immutabilis³⁵⁴ caritatis, tam³⁵⁵ sue³⁵⁶ quam patris, et finali necessitate³⁵⁷ nostre salutis ire³⁵⁸ Ierosolimam. Decebat enim eum ibi pati tanquam in sede divini cultus, et tanquam

³⁴⁷ C/ omits *forte*

³⁴⁸ A/ omits *quod*

³⁴⁹ A/ *quia*

³⁵⁰ A/ *vocabilis*

³⁵¹ C/ *eis*

³⁵² A/ *humilitas*

³⁵³ B/C/ *aut*

³⁵⁴ C/ *miralis*

³⁵⁵ C/ omits *tam*

³⁵⁶ C/ adds *immutabilis causa sue*

³⁵⁷ D/ omits *coactionis...necessitate*

³⁵⁸ B/ *ut*; C/ omits *ire*

in loco solemniori et communiori. Erat enim in medio terre Iudeorum et totius orbis et in huius signum³⁵⁹ Isaac fuit a Patre ad³⁶⁰ immolandum oblatu.

Et multa pati a senioribus, Ne credatur quod solam mortem sit passurus aut³⁶¹ occidi, premitit multa pati a senioribus. Tres proprietates eorum ponit, scilicet, etatis senilis, et scientie magistralis, et principatus seu pontificii sacerdotalis.³⁶² Quamvis enim contempni³⁶³ a minoribus³⁶⁴ et idiotis et rusticis quo (107^{vb}) ad quid sit ignominiosius, iuxta illud Iob triginto, ***Nunc³⁶⁵ autem derident me iuniores³⁶⁶ tempore***, et cetera, tamen condemnari³⁶⁷ tanquam reus est³⁶⁸ ignominiosius quando fit ab hiis³⁶⁹ qui videntur maturiores et discretiores, et divine legis peritiores, et auctoritate superiores et precipue quia ad contemptum talium facile sequitur hominem contemni ab omnibus aliis et ideo Christus tale genus passionis elegit.

Et occidi, non quidem immediate ab eis. Unde Luce octo³⁷⁰ decimo³⁷¹ et infra viginto dicitur quod, ***tradent eum gentibus et tertia die resurget***. Nota quomodo varia scripture verba ad invicem comparata se mutuo exponunt,

³⁵⁹ B/ adds *ibi*

³⁶⁰ C/ omits *ad*

³⁶¹ C/ *autem*

³⁶² C/D/ *sacerdotalis pontificii*

³⁶³ A/ *contemptui*

³⁶⁴ B/ *iunioribus*

³⁶⁵ A/ *hec*

³⁶⁶ D/ *minores*

³⁶⁷ A/ *condemnare*

³⁶⁸ C/ *esse*

³⁶⁹ B/ *illis*

³⁷⁰ C/ *viginti nono*; D/ *viginti octo*

³⁷¹ A/ adds *dicitur*

cum enim supra duodecimo dixerit quod, *tribus diebus et noctibus erit in corde terre*, hic tamen et³⁷² infra dicit quod, *tertia die resurget*, ex quo oportet quod primum sumatur synodochice. Sed quare Christus sic eligit ad³⁷³ hoc tertiam diem? Dicendum quod in omnibus Dei operibus debuit refulgere misterium et imago beatissime Trinitatis. Unde et supra post triduum pavit turbas, et post triduum³⁷⁴ inventus est a matre in templo. Anagogice enim resurgit³⁷⁵ Christus quando eius omnipotentia, sapientia et bonitas, aut quando divine maiestatis trina personalitas clarius innotescit. Allegorice vero post legem et gratiam pervenitur ad gloriam. Et post legem nature et scripture pervenitur ad legem gratie. Et post litteram³⁷⁶ Veteris et Novi Testamenti, sive post tempus Iudeorum et gentium veniet concordia utrorumque, et tunc resurget intelligentia spiritualis. Moraliter autem post contritionem, confessionem et satisfactionem et per fidem et³⁷⁷ spem et caritatem resurgit³⁷⁸ homo a culpa et per tria consilia Christi et per tria exercitia, scilicet operationem, lectionem et orationem resurgit vita perfecta. Litteraliter autem factum est hoc ut perfecto tempore probaretur Christus vere³⁷⁹ fuisse mortuus,³⁸⁰ et ideo docuit³⁸¹ quod³⁸² toto Sabbato

³⁷² C/ adds *etiam*

³⁷³ A/ *ex*

³⁷⁴ B/ omits *pavit... triduum*

³⁷⁵ A/ *resurget*

³⁷⁶ B/ *legem*

³⁷⁷ D/ omits *et*

³⁷⁸ A/ *resurget*

³⁷⁹ A/ *vero*

³⁸⁰ A/ *moriturus*

³⁸¹ C/D *decu*

³⁸² C/ *ut*

integro quiesceret in sepulcro. Et aliqua parte prime et tercie diei, *ut in ore duorum vel trium stet omne verbum*. Innumera sunt hic huiusmodi misteria, sed tamen sufficit³⁸³ inuisse.

Et assumens illum, id est trahens ad partem cepit increpare illum, non ex contemptu sed potius, secundum Ieronimum amantis affectu, quod et modus increpandi qui subitur ostendit. *Dixit enim absit a te Domine non erit hoc*,³⁸⁴ Ieronimus dicit quod melius habetur in Greco scilicet propitius sis tibi Domine non erit hoc.³⁸⁵ Ex quo patet quod Petro³⁸⁶ videbatur quod Christus eligeret rem sibi³⁸⁷ nocivam et indecentem suo honori, aut quod diceret sibi esse³⁸⁸ venturum id³⁸⁹ quod nullatenus de tanto Domino esset credendum, aut permittendum, et hoc secundum.³⁹⁰ Plus sonat³⁹¹ littera nostra que dicit absit a te Domine, sed primum plus sonat³⁹² Grecum quod dicit propitius et³⁹³ misericors sis tibi Domine.

Qui conversus, id est vertens,³⁹⁴ *directius faciem suam ad Petrum, dixit, Vade post me Sathana*, id est

³⁸³ B/ *sufficiat*

³⁸⁴ B/D add *tibi*

³⁸⁵ A/ omits *Ieronimus dicit quod melius habetur in Greco scilicet propitius sis (C/ sit) tibi Domine non erit (C/ adds tibi) hoc*

³⁸⁶ A/ *Petrus*

³⁸⁷ A/ *sibi rem*

³⁸⁸ A/ omits *esse*

³⁸⁹ A/ *illud*

³⁹⁰ A/ adds *litteram*

³⁹¹ B/ *consonat*

³⁹² D/ *sanat*

³⁹³ B/ *id est*

³⁹⁴ A/ omits *id est vertens*

adversarie. Non enim sumitur hic³⁹⁵ prout est nomen appropriatum³⁹⁶ diabolo, sed prout est³⁹⁷ nomen appellativum. Aversabatur enim in hoc voluntati Christi in quo Christum quasi preire volebat. Et ideo Christus dixit ei,³⁹⁸ **Vade post me**, id est meam voluntatem sequere. Vel secundum Hilarium, Christus sciens quod hoc erat occultus instinctus artis diabolice, licet Petrus affectu benivolo hoc diceret. Ideo Christus ita fortiter sibi loquitur (108^{ra}) attendens potius ad intentionem diaboli quam ad intentionem³⁹⁹ Petri. In hoc etiam docuit quomodo carnales consiliarios et amicos debeamus severe reicere, quando nobis sub specie pietatis aliquid consulunt contra spiritum Dei. In hoc etiam docuit quam voluntarie ad passionem ibat quando nec minimum sermonem de contrario poterat sustinere. Unde et Andreas inducit⁴⁰⁰ hoc contra Egeam ad probandum quod Christus fuit voluntarie crucifixus.⁴⁰¹ **Scandalum mihi es**, id est materia grandis turbationis, vel quantum est ex tuo verbo impingis me quasi obex ut cadam ab obedientia Patris, et a perfectione tante caritatis et virtutis, quia⁴⁰² **non sapis ea que Dei sunt**, scilicet quo ad hoc, **sed ea que hominum sunt**.⁴⁰³ Nota quod non dicit ea que diaboli sunt,⁴⁰⁴ non enim diabolico sed humano affectu

³⁹⁵ C/D/ omit *hic*

³⁹⁶ A/ *propriatum*

³⁹⁷ A/ *potest esse*

³⁹⁸ B/D/ *eis*

³⁹⁹ A/B/ omit *diaboli quam ad intentionem*

⁴⁰⁰ A/ *innuit*

⁴⁰¹ Cf. see also the story of St. Andrew in the *Golden Legend*

⁴⁰² A/ *quod*

⁴⁰³ C/D/ omit *sunt*

⁴⁰⁴ B/C/D/ omit *sunt*

hoc dixerat.⁴⁰⁵ Et ideo Christus sic severe ei loquitur, ut fortius erigat eum ad spiritualem affectum et sensum. Nota autem⁴⁰⁶ quod⁴⁰⁷ aperte hic Christus docet quod passio sua erat quid divinissimum et quod estimare eam esse quid maximum et fructuosissimum erat vere sapere ea que Dei sunt. Nota etiam quod hic melius dicitur sapis quam scis, quia talia non possunt bene sciri, nisi cum sapore. Nota etiam quomodo unum quid altissimum potest revelari alio ignorato. Permisit autem Christus Petrum⁴⁰⁸ hoc ignorare ne de prima revelatione nimis extolleretur, et etiam propter multas alias causas quarum aliquas tetigi⁴⁰⁹ supra cum de Ioseph ageretur.

Tunc Iesus dixit, hic exemplo sui hortatur eos ad voluntariam assumptionem passionum, deinde⁴¹⁰ inducit⁴¹¹ ad hoc per terrorem supplicii et per spem premii et per equitatem divini iudicii. In exhortando autem primo premitit quibus loquitur, scilicet volentibus eum sequi, et in hoc ipso docet ostium vie Dei, scilicet desiderium sue sequele;⁴¹² secundo, ostendit⁴¹³ fundamentum seu ammotivum omnis obstaculi ibi, ***Abneget semet ipsum***, id est omnes voluntates suas et omnem curam sui carnalem. Deinde docet viam que est quasi stipes arboris ascendentis ibi, ***Et tollat***, id est super se accipiat, non sub se crucem suam non alienam, id est non invitus aut similitorie. Per

⁴⁰⁵ B/ *desiderat*

⁴⁰⁶ C/ *aut*

⁴⁰⁷ D/ *quam*

⁴⁰⁸ A/ omits *Petrum*

⁴⁰⁹ C/ *recitavi*

⁴¹⁰ A/ adds *etiam*

⁴¹¹ A/D/ *ducit*

⁴¹² D/ *loquele*

⁴¹³ B/ *subdit*

crucem, autem intelligitur assumptio difficiliorum per quam funditus moritur homo mundo et carni et vitiis eius, et per quam efficitur homo holocaustum Dei. Postremo vero subdit terminum seu peragrationem⁴¹⁴ vie que est Christum imitari et Christo uniri et subici⁴¹⁵ [et subici] et obsequi ibi, *Et sequatur me.*

Inducit autem⁴¹⁶ ad hoc per timorem supplicii dicens quia,⁴¹⁷ *qui voluerit animam suam*, id est vitam⁴¹⁸ seu affectionem suam *salvam facere*, scilicet a passionibus et⁴¹⁹ nutriendo eam in deliciis,⁴²⁰ *perdet eam*, scilicet in inferno, *Qui autem*⁴²¹ *perdideret*⁴²² *animam suam*, id est qui exposuerit⁴²³ passionibus et morti vitam suam propter me, et cetera. Deinde redit super primum, ut magis⁴²⁴ exaggeret illud dicens, *Quid enim prodest homini*, quasi diceret tantum damnum et ita grave est perdere animam suam modo predicto, quod illo supposito nichil quantumcumque magnum prodest. Nec hoc est tale quid⁴²⁵ quod possit utiliter aut recompensative pro aliquo alio dari seu commutari. Deinde ne credatur quod forte illud⁴²⁶ non eveniet ostendit contrarium, (108^{rb}) ostendens se ipsum

⁴¹⁴ A/ *per agnitionem*

⁴¹⁵ C/ *subsequi*; D/ *obsequi*

⁴¹⁶ C/ *aut*

⁴¹⁷ A/ *quod*

⁴¹⁸ C/D/ *suam*

⁴¹⁹ C/D/ *id est*; add *in*

⁴²⁰ C/D/ *in deliciis eam*

⁴²¹ B/ *aut*

⁴²² D/ *perdidiret*

⁴²³ A/ *expersolverit*

⁴²⁴ C/ repeats *ut magis*

⁴²⁵ B/ adds *per*

⁴²⁶ C/D/ *istud*

futurum iudicem, et hoc potentissimum⁴²⁷ dicens, quia⁴²⁸ **venturus est in gloria**⁴²⁹ **Patris sui**,⁴³⁰ id est cum refulgentia gloria⁴³¹ maiestatis paterne, que in eius⁴³² corpore et anima evidentissime refulgebit. Veniet etiam ut iustissimus quia tunc reddet unicuique secundum opera eius,⁴³³ id est dabit premium vel supplicium secundum merita vel demerita operum. Ex quo nota quod meritum non solum consistit in habitu, sed etiam in actu. Ex hoc etiam patet quod nemo punietur ex hiis que forte facturus erat, sed solum ex hiis que fecit, cuius contrarium quidam stulti dixerunt, sicut refert Augustinus in libro⁴³⁴ *De gratia*.⁴³⁵

Amen⁴³⁶ **dico vobis**. Hanc promissionem facit eis primo, ut quando viderint eam non credant casualiter factum, quod dico prout exponitur de gloria corporis sui quam⁴³⁷ tribus eorum in monte ostedit.⁴³⁸ Potest enim preter hoc exponi de gloria, quam eis resurgens per quadraginta dies ostendit, sed primum videtur magis litterale, quia non dicit omnes, sed dicit,⁴³⁹ **quidam de hic**

⁴²⁷ B/ *potissimum*

⁴²⁸ A/ adds *Filius hominis*

⁴²⁹ D/ adds *Dei*

⁴³⁰ A/ omits *sui*

⁴³¹ B/C/ *gloriosa*

⁴³² D/ adds *in*

⁴³³ C/D/ *sua*

⁴³⁴ B/ *libris*

⁴³⁵ Non inveni.

⁴³⁶ B/ adds *amen*

⁴³⁷ A/ adds *in*

⁴³⁸ A/ *dicit*

⁴³⁹ B/ omits *dicit*

stantibus; secundo, promittit hoc ut ex hoc interim⁴⁴⁰ confortentur in hiis que⁴⁴¹ audiunt de sua passione, et ut firmiter credant quod⁴⁴² resurrecturus est et venturus ad iudicium cum gloria Patris sui. ***Qui non gustabunt mortem***, id est non morientur, et est modus loquendi sumptus ex eo quod mors intime sentitur, sicut gustus intime sentit ea que gustat. ***Venientem in regno suo***, id est in tali gloria qualem habebit regnans in celo,⁴⁴³ et qualem habituri sunt qui erunt in regno illo.⁴⁴⁴

⁴⁴⁰ D/ *interius*

⁴⁴¹ D/ adds *que*

⁴⁴² B/ *quia*

⁴⁴³ B/ omits *in celo*

⁴⁴⁴ B/ *suo*